

*Facultas vendendi quedam pr.edia, agros, &c. concessa Abb.Bernardo II.A.1609.*

**IDE M P A V L V S P A P A V.**  
CONCEDIT FACULTATEM ABBATI BERNARDO II. VENDENDI QVÆDAM PRÆDIA, AGROS,  
vineas &c. in Territorio Zuricano valoris 40000. scutorum  
pro eodem Comitatu Valdulcenſi &c.  
coemendo.

*A N N O C H R I S T I 1609.*

VENERABILI FRATRI EPISCOPO VENAFRANO,  
noſtro, & Apoſtolicæ ſedi apud Helvetios Nuntio.

P A V L V S P P. V.

**V**ENERABILIS frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictiōnem. Ex iniuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officio, ad ea, per quæ Monasteriorum praefertim inſignium, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectorum vtilitati conſulitur, libenter intendimus. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conuentus Monasterij Sancti Galli, Ordinis Sancti Benedicti, Constantien. ſeu nullius diocel. petitio continebat, quod ipſi Abbas, & Conuentus, vt dicti Monasterij conditionem meliorem efficiant, Comitatum Valduccij, vulgo Faduzij, (1) nuncupatum, cum ſtatu montis Scalensis, vulgo Schellenberg etiam nuncupato titulo emptionis dicto Monasterio acquirere deſiderant, Verum ex quo illi pecuniās omnes, quæ ad huiusmodi emptionem requiruntur, in promptu non habent, nonnolla bona ſtabilia eidem Monasterio minus vtilia, tam in territorio Zuricani, quam alibi exiſtentia, que vna cum inſcriptis decimis ſunt valoris quadraginta millium ſcutorum, vendere, neconon Incolas ipſius territorij Zuricani à ſolutione nonnullarum decimorum dicto Monasterio debitaram eximere deſiderant, ſi noſtra ad id accedat Licentia. Quare Abbas & Conuentus praefati, qui reſiduum pretij Comitatus, & ſtatus praefatorum, ad ſummam ducentorum milium ſcutorum ſimilium ascendentis abſque aliorum bonorum ( praeterquam certæ iurisdictionis, quam Noſ hodie ad hunc effectum alienari etiam poſſe confeſſimus ) diſtractione ſupplere intendunt, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt eis venditionem huiusmodi faciendo licentiam concedere, de benignitate Apoſtolicā dignaremur.

Nos